



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De 18. & 19. excom. c. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

curias seculares recurrunt. Ligat etiam eos, qui hæc decernunt, dant auxilium, consilium, fauorem, vel patrocinium. \* Decima Septima est, contra usurpantes, vel sine Romani Pontificis licentia fructus sequestrantes, prouentus, seu redditus ad Sedem Apostolicam, aut ad personas Ecclesiasticas quarumuis Ecclesiarum, vel Monasteriorum aut beneficiorum pertinentes. Limitatur tamen, ut dicta bona ad prædictas Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ratione beneficiorum pertineant, & talis usurpatio sit quasi quædã appropriatio, ac si sua essent.

*De Decima octaua, & decima nona excommunicatione.*

Cap. 29.

**D**ecima octaua cõpræhedit illos qui collectas, decimas taleas, præstantias & alia

onera cle-



clericis, prælatiſ, & aliis perſonis  
Eccleſiaſticis, aut earum Eccleſia-  
rum bonis, vel fructibus, aut red-  
ditibus, abſque Rom. Pontificis  
licentia imponunt, aut exigunt,  
aut ſic impoſita à ſpontè dantibus  
recipiunt, nec non contra illos,  
qui hæc facientibus, auxilium  
conſilium l, vel fauorem impen-  
dūt. Non igitur illos, qui taliaſ im-  
ponunt clericis ſecularia negotia  
tractantibus, ſed illos, qui per  
ſe, vel per alios, directè, vel indire-  
ctè cuiuſcunque ſtatus, & condi-  
tionis fuerint, Eccleſiaſtica tractā-  
tibus, ſine licentia imponunt.

\*Decima nona compræhendit,  
omnes Magiſtratus, & Iudices,  
Notarios, & Scribas, executores,  
vel ſubexecutores, quoslibet ſe in-  
terponentes in cauſis capitalibus,  
ſeu criminalibus. contra perſonas  
Eccleſiaſticas, illas proceſſando  
banniendo, capiendo, ſeu contra,  
illæ ſentētiæ ferēdo, ſine ſpeciali



licentia Sedis Apostolicæ.

*De excommunicatione vigesima,  
& ultima Bullæ Cæne Do-  
mini. Cap 30.*

**L**igat quoscunque, qui per se  
vel per alios quouis colore  
occupare, & destruere, vel  
detinere præsumpserint urbē Ro-  
mam, ac Ciuitates alias, terras, &  
iura ad ipsam Romanam Eccle-  
siam pertinentia. Superiores verò  
excommunicationes ita refer-  
uantur, vt nemini extra mortis  
articulum liceat ab eis absoluere,  
& si qua in iis antea absoluendi a-  
liquis concessa fuerint priuile-  
gia, nunc reuocantur per Rom.  
Pontificem, & qui aliter ab eis ab-  
soluere præsumpserint, excomuni-  
cantur. Hæc tamen excommu-  
nicatio quæ generalis est, quâuis  
olim per Paulum II fuerit reserua-  
ta, nunc tamen probabilius est